Quelle:
Copyright:

6. Fol. 26b–29a.

S. Bernardi tractatus de 4 gradibus spiritualis exercitii.

Rubrica est: "Incipit tractatus Beati Bernhardi de 4 gradibus spiritualis exercicij: initium: "Cum die quadam". Ad calcem brevitum est: "Explicit tractatus Beati Bernhardi de 4 gradibus spiritualis exercicij sive scala claustralium". Codex hic opus mutilum continet; ejus vero authorem esse Guigonem Carthus: et alia plura dixi in Cod. CXLII. n. 10.

7. Fol. 29b–34a.

S. Augustini liber de conflictu virtutum et vitiorum.

S. Augustini liber de conflictu virtutum et vitiorum. Incipit: "Apostolica vox clamat per orbem". In fine: "Explicit liber Augustini de conflictu virtutum et vitiorum". Extat inter Opp. S. Augustini edit: Maur. T. VI. in Append. col. 259. ibique in praevia admonitione dicitur modo Augustino, modo Ambrosio, jam Leoni M. jam Isidoro Hispalensi attributus; verum autem ejus author Ambrosius Autpertus, Abbas S. Vincentii in Samnio Ord. S. Benedicti, qui obiit ao 778; in ejus tamen locum ponendum putat Fabricius Bibl. m. & i. lat. T. I. p. 87. c. 2. Ambrosium Autpertum Abbatem Casinensem abao 834–837, cui contraire videtur Petrus Diaconus de vir. illustr. Casin. c. 13. Vide Ziegelbauer hist. litter. Ord. S. Benedicti par. III. p. 66.

Ambrosius Autpertus Abb. S. Vinc.

Ambros. Autpert. Abb. Casinensis.

8. Fol. 34a–44b.

Hugon. de S. Victore de 12 abusionibus claustri.

Inscriptio est: "Incipit tractatus Hugonis de Sancto victore de duodecim abusionibus claustri et sequitur prologus"; ejus initium est: "Duodecim sunt abusiones claustri quibus tota